

Pietro di Marsico

XXVII 24

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Pietro di Marsico

XXVII 24

1148-12

In nomine domini nostri Ihesu Christi anno ab incarnatione eiusdem millesimo centesimo quadragesimo octavo mense decembris indictione undecima.

Ego Petrus filius Iohannis Guerra de civitate Marsici declaro quoniam bona mea voluntate ante presentia domini Iafridi iudicis aliorumque bonorum hominum subscriptorum testium vadia dedi domno Amato priori de ecclesia Sancti Petri de Tramutula simul cum eo recipiat Roggerio filio domni Viti iudicis fideiussoribus posui Perrono Cuminei et Ursoni Fontana eiusdem civitatis Marsici eo tenore ut dextris quas predictis pater meus dum ad morte veniat pro anima sua cum sana memoria iudici Viti et tradidit scilicet ad ecclesia predicta Sancti Petri nec ego nec mei heredes veniamus ex inde super eandem matre ecclesia n...que super ullos successoribus custosque et rector idem ipsam ecclesia ullo modo vel ingenio dextris videlicet quas haberit in campo battalie et de ruinata et si hec omnia predicta disrumpere aut retornare quesierimus et per causationem vel lege ex inde voluerit intraverimus obligo me et meos heredes componere vobis et idem ecclesia reales aureos bonos viginti similiter in puplice et que preleguntur impleamus inviti districtis ipsis predictis mediatoribus qui licentiaque tribueris eidem sancte ecclesie et tibi domno priori tuisque successoribus pignerandi se suosque heredes per omnia eorum pignora legitimis et illegitimis sine calumnia et appellatio donec quod supra legitur inviti adimpleamus

et hanc cartam obligationis scripsit Ildemannus notarius qui interfuisse se confitetur mense et indictione prelati.

Ego Iafridus hoc totum iudex probat ordine notumus #
Ego Iohannes notarius filius Bisantii iudici